



Francisci Petrarche po  
ete laureati psalmi confessionales.

5



[Breviarii Paffinet im 1585]

Main body of handwritten text, possibly a list or a series of entries, contained within a rectangular border.

**Francisci Petrarche poete laureati  
psalmi confessionales**

**D**ies effluunt et labuntur anni: sed infelix ego nil cogito te  
peccatis meis Quid facias dñe aut quo ibo: cū venerit vo  
strū tempus meuz Clamabis me ad iudiciuz: et requires  
a me de talento mihi tradito rationem Heu mihi qđ rñdebo tibi: cō  
fusus territus ac tremens dicaz. Nil dñe sup lucrat⁹ sum: cōsump  
si etiā nequiter talentū tuū. Quasi nescius dissimulabis meuz: iter  
rogabis fortunas meas et series vitę meę. Domine tu scis oīa delicta  
mea: et sculpta stilo ferreo in fronte gero. Misere redomine seruo  
tuo: et nō intres me cū in iudiciū quia succumbo. Nec minus ad ml  
titudinē miseriarū mearū aspice ad magnitudinē miseratōis tuę dñe  
de⁹ meus. Et nō p̄das aīaz meaz redemptor: meus: qm̄ tu eā sangui  
ne redemisti. Vivēs vivēs cōfitebor tibi: dñe aperiā oīa peccā mea.  
Et humiliatus ⁊ cōtritū spirituz in me agnoscas: vt succurras ⁊ ex  
tendas citius dexteraz pereuntī. Et enīz confitear tibi dñe: misere  
et parcere soles peccatis et cōtritis. Sed heu qđ reminiscar delicta  
mea: dū noua cōmitto veterum oblitiscar. Utinā memor ē mil  
lesimuz delictorū: aut de mille millibus vnū scel⁹. Ut vel sic cōterar  
et doleā: et tu miserearis misero et cōtrito. In iniquitatibus concep  
tus suz: et in iniquitatib⁹ editus et nutritus. Infans iniquitates co  
lū: et in qua purus esse debui puericiāz dolosus egi. Adoleui nec fac  
tus suz citius adolescens: quo citi⁹ mea prauitas adoleuit. Iuuenis  
fui et attigi viruz: sed vixit in me vituz semp pro virtute. Virtus  
tez odio habui: amavi semp scelera et abhorui bonitatem. In cen  
o vanitatis educat⁹ sum: et libens secut⁹ sum semper semitas impioz  
Libens iniquos ad vomitū incitavi: et dux maloz fui libenti⁹ q̄ se  
quax. Quis furta referet et extorta: dilexi semp spolia et rapinas.  
Depredatus suz pauperes et egenuz: depredatus suz viduā et pupil  
lum. Depredatus suz extraneuz et infirmuz: templuz quoq; et oroz

rium et altare. In mendacijs et figmentis versatus suz: adulationes  
et fraudes super omnia adamavi: Armalucis odio habui: et dilexi  
super omnia tenebrarum. Exquisiuit aspera et deserui vias planas et p  
deserta perrexi et p inuia et in aquosa. Coraz te dñe maluz egi: tu scis  
quia et male agentibus nō dissensi. Deu mihi qđ faciaz aut quo ibo  
oportet per aciem tui iudicij me trāsire. Propterea domine miserere  
mei: quia non est remediuz neq auxiliuz nisi tuuz. Gloria patri.

### ¶ Superbia

¶ **S**uperbus me fecisti dñe: et mea supbia est immēsa. Spre  
ui te domine parētes spreui: superiores humiles et amicos  
Et nūq dñe me cognoui: erecto supercilio me sup omnia exaltaui  
Jactabam temere verba mea: et elatōes fimbrias ad sydera dilatabā  
Erexi cornua et respexi celum: et te summum dominum non curavi  
Et factus sum lucifero similis immo excessi eum: quia nondum pa  
rem me tibi constitui sed maiorem. Nec contentus fui dñis dom  
meq: in serozum multitudine gloriabar. In fest<sup>o</sup> fui sribus et vicin  
is: vt preessem conciuib<sup>9</sup> contumelias irrogabam. Nec passus suz  
aliqñ proximuz neq seruz: elatus et stomachans omnia contem  
nebam. Credidi per superbiam exaltari: et in ea fuit taz gloria qđ pō  
pa mea. In presumptione sapientiam existimaui: et qđ sapiēs nō au  
debat insipies ego tumore presumebam. Sz quia magis immozoz  
in hoc peccato: fui superbus et arrogans in omni. Nec videbo quia  
talia possit ferre: nisi tu sol<sup>9</sup> dñs misericors et benign<sup>9</sup>. Vir fortis  
paties et iniur<sup>9</sup>: q̄ parcis ptemp<sup>9</sup> blasphemat<sup>9</sup> etiā et iurgat<sup>9</sup>. Ad  
iuua me dñe: ac cor elatū ac psumptōis spm̄ in me extingue. Bla

### ¶ Auaricia

¶ **V**itenaclissima auaricia mea: vbi prodagalitas: Legalita  
tem abhominatus suz: et habui semper odio largitatem.  
Propter auariciaz domine nil omisi: propter hāc oppressi viduas et

pupillum. Subij seruitutis iugum: et abhorui libertatem. Propter hanc adhesi impijs et indignis: et cum eis expendi infeliciter tempus meum: quo charius nil habebam. Fui mendax varius et peritius: sollicitus cupidus et raptor. Perdidi leticiam et quietem tribui semper tristitiam et laborem. Propter hanc esurini et sitiui: sopini frigui tremui et expaui. Ob hanc testimonium falsum tuli: feci iniquum iudicium et detestabilem sermonem. Sepe in necem proximi mei conspiraui: confixi epistolas et membranas. Cor meum ad aurum et argentum: nunquam ad te domine cor leuauit. Nec misertus sum inopi et mendico: propter auariciam domine auertebas oculos ab egenis. Nec recte consului indigenti: iustum et pauperem in necessitatibus dereliqui. Dedi pecuneas ad usuram defraudaui reipublicam et altare: et sitiui sanguinem innocentem. Nec compassus sum inopi: rebitori debitum et depositum denegauit. Nec dum accipi muneris sed eregi: sed sine precio nihil feci. Et dixi congregabo thesauros de sanguine inopum et iustorum: et cum his de sanguinibus liberabor. Quamdiu me domine tulisti: ut quandoque refrenarer. Tu frena domine: tu solus potes modum et finem imponere cupiditatibus impiorum. Gloria.

### Luxuria

¶ **9** Nam varijs quoque modis lumbis meis abusus sum: confundor domine dum recordor. Subtraxi virginem patri suo: uxorem pauperi et vicino. Persecutus sum viduam et matronam: et que celibem vitam tibi domine dedicauit. Quam non potui donis flectere flexi dolis: et quam non vincere precibus uiciniis. Et que mihi continens repugnabat. incontinentem obloquens me ttebar. Carnis delicias obsecutus sum: et ex huiuscemodi vitio gloriam acquisiui. Fortis et casta mulier displicebat: mihi blandus oculus complacebat. Nec ad proles suscitationem luxuris

atus suus: sed ad voluptates et lasciuia exercendam Nec vna aut altera  
contentus eram: maculare plurimas gloriabar. Sequebar quotidie  
thorum psallentium puellarum: et amatoris fabulas auscultanti.  
Induebar purpura et oculos lineabam: vt facilius lasciuam incitas  
rem. Uescebar aromatibus et phalernis. vt voluptate carnis corro  
borares. Sollicitus moechus mihi socius fuit: et dorca pedissequa  
vnica soror mea. Cum adulteris habitatio et portio mea erat: et inter  
greges brutorum brutior appetitus. Transgressus sum modum ter  
minumque nature: et si quid sedius feci domine tu vidisti. Quam in  
hoc vitio me prostravi: nunc pudet dicere quod non puduit me fecisse.  
Sed heu dixi fatebor minora: sed nunc abscondo maiora pre vere  
cundia et rubore. Propterea grauius deliqui: sed tu domine respicias  
as animum et pudorem. Gloria.

### Inuidia

Inuidia mihi amica fuit: et charitas inimica. Inique mihi  
di virtutibus et fortunis: detrahi regibus et memordi eos  
mendacio su iurro odio et liuore: Obloquens proximo murabam  
et ab alieno bono semper inuidus marcebam. Iustorum laudes et  
merita denigravi: et malorum gloriam concupiui. Cum recti bene  
agerent inuidebam: non vt agerem ego bene sed quia volebam eos a  
gere male. Si quando de rectis laudabilis sermo fuit: obieci falsas  
fabulas et telicra. Si vero contra prauos infamia laborabar: eos su  
bito ad ydera extollebam. Non inuidi laboribus proximi nec eruna  
mis: sed tantum laudi glorie et honori. Accendi contra pium filium  
patrem suum: et contra fidelem seruum dominum inflammani.  
Castam coniugem contra virum suum: et fratres vnanimes ad dis  
cordiam concitavi. Optavi proximo pauperiem et exilium: naufra  
gium carcerem egritudinem et labores. Vita proximi odium mihi fu  
it: in sola morte eius speravi requiem inuenire. Ut paterentur in nos

cul optabam pati: et illorum cruciatibus gratulabar. Sed heu quid  
toreterius: inuidi tibi inuidi tue potentie et operibus que fecisti.  
Idcirco domine inuidie oculos amoue a me: vt que recta sunt vide  
am et ea agam. Gloria patri.

### Gula.

o Di temperantiaz et amant gulam: et nil ventris ingluuie me  
lius existimauit. In potu et cibo posui votum meum: et illuc  
censui summum bonum. In commestationibus et conuiujs exulta  
ui: dum esuriret pauper et sitiret. Crapula serotina delectatus sum  
et complacuit mihi martyrina. Nec expectaui neque prandium neque  
cenam: secutus sum insatiabilem voluptatem. Nec vno nec altero  
ferculo contentabar: luxuriatus sum semper in multitudine ferculo  
rum. Varietas dapum gloria mihi fuit: et sumptuosa ac electa ciba  
ria exquirebam. Nec in fictilibus his vesebar: abutebar autem his  
in vasis celatis auro et argento. Salsamenta herbarum salubrium  
abhorrebam: nisi condita forent ab aromatibus preciosis. Nec vlla  
communia nec domestica sapiebant mihi: peregrina omnia et spe  
cialia apperebam. Nec bina mihi refectio satis fuit: multiplex autem  
et repetita crapula me iuuabat. Fregi ieiunia parens gula: et natu  
ram paucis contentam cum excessu nephario violauit.

Sepe repletus et estuans oscitabam: et fragmenta mense non eges  
nis: sed canibus erogabam. Clamabat pauper: et ego vt surdus sol  
licitus de crastina crapula cogitabam. Extulisti me domine vsque  
quaque: vt aliquando gulosam voraginem temperarem. Ne feram  
amplius domine sed succurre: et ventris ingluuiem tu coerce.

Gloria patri et filio et spi.

### Ira.

o Abhorui patientiam et dilexi iram: nec causa suberat et tu

Alia

raſcebar. Iratum contra dominum: contra patrem: iratum me con-  
ſtitui contra matrem. Iratus moui iurgia innocenti: et ſeruo contu-  
melias irrigabam. Sepe ob iram domine te negaui: maledixi paren-  
tibus: fratribus: et vicinis. Maledixi ſanctis tuis domine: maledi-  
xii uiniſicis elementis: et omnibus operibus tuis que feciſti. Totus  
interius corrodebar: rationem et legem omnem ab animo abdicauit.  
In furore et furijs gloriabar: et ſuccenſui pauperibus et egenis.  
Uita mea odio fuit: et iratus me cum omni homine per duto pariter  
concupiui. Aſpirauit libenter ad iniurias et uindictas: uſtionem tui  
bi domine nunquam reſeruauit. Scandalizatus ſum domine dum furi-  
ebam: nec reſponſio mollis nec uir pacificus complacebat.  
In litibus et contentionibus oblectabar: in confuſione ſanguinis et  
diſſidio ciuitatis. In inuicicias odio et diſſenſiones ciuium agitabar  
et iratus ſepe prelia concitauit. Cum ira in ſcandalo cuncta egi: uerba  
pacis et patientie ſemtras aſpernabar. Et factus ſum ſicut inſipiens  
et inſanus: qui redargutiones obaudit. nec amplectitur diſciplinam  
Propterea ad te confugio ſaluator meus: doce iram fugere et exem-  
plo tuo da mitem eſſe. Gloria patri et filio et ſpi.

### Accidia.

e. O mihi accidiam tanquam matrem: fuit ocium mihi frater et de-  
ſidia ſoror mea. Fugit exercitium et laborem: et ſolam negli-  
gentiam eſtimauit fructum operis inuenire. Nec uigiles oculos in  
ſacra lectione tenuit: nec in pio opere manus meas. Tota nocte dor-  
miens dormitauit. nec ad gallicantum excitatus ſum: nec in matuti-  
nis annunciaui laudem tuam. Sepe illuxit nec ſurgebam: ociabar in  
lecto: ne manuum labores manducarem. Et bene operantes ſingu-  
los irridebam: torpentes uero a bono opere comendauit. Ociabar  
domi nec tua ſanctuaria uſitabam: et panem doloris concupiui.  
Piguit me frangere eſurienti panem meum: dum tota die ab oſtibus

et clamaret. Torpebam per diem tibi reddere laudes: et quod raro in te  
meditatus sum tu vidisti. Nec fictoripui domine ad cogitationes  
vanas: ad occupatōes sceleris illecebras et delicta. Presegnitie mea  
non visitaui in funere mortuum: nec in egritudine infirmus nec in  
carcere peregrinum. Nec subueni inopi nec nudo: vocaui ab omni  
opere bono: et indulsi semper ocio vite mee. Excita me domine et tor  
porem fugans: redde me iustificationibus tuis vigilem et intens  
tum Gloria.

m Iferias tibi domine decantaui: et si quid aliud feci domine  
non tacebo. Neglexi deus iustificatōes tuas: et contemp  
si doctrinaz euangelizantium regnum tuum. Deinde sacer  
dotes tuos domine et leuitas: innocuos simul et pauperes ignotos  
Apostolorum canones aspernatus sum: et consilium patrum et de  
creta pontificum sum transgressus. Nec colui parentes meos: nec  
honorauit senem: nec precepta ecclesie custodiui. Peccanti audiens:  
peccanti videns gustans et tangens omnia ac odorans. Peccanti am  
bulans: peccanti sedens. stans: cogitans: vigilans et dormiens  
Impatiens et inuitus tuli aduersitates meas: sed gloriatus suz sem  
per in aduersitatibus innocentium. In confessionibus et in psalmis  
non fui diligens: nec deuotus: nec testes conscientiam sed vulgi glo  
riam exquisiui. Sepe noui controuersiam contra rectos: et malui  
mendacio vincere quod succumbere veritati. In promissionibus lar  
guis eram: fui obseruator: et nunquam cum potui reddidi vota mea. Non  
consideraui domine que fecisti mihi: in enim ad tuam imaginez me  
formaui. Tradidisti mihi spiritum immortalem: capacem visibilitum  
et inuisibilitum me fecisti. Celum et stellas ad solatium hominis tu  
creasti: mare et terram et omnia que continentur in eis ad vsum ho  
minis tu fecisti. Addidisti mortem domine et gehennam: addidisti  
paradisum vt melius contemplerer. Pro his omnibus que retribuui  
bene vides: non lebas gratis humiliatum et contritum. Adiuua

me domine et miserere mei: da veniam delinquenti: et confitentē tibi  
bi domine ne repellas. Gloria patri et filio et spiritui.

**C**onus.

**C**odolphi Langū Canonici Monasteriē-  
sis Carmen de septem peccatis capitalibus

**C**Aduersus miserę carnis luxum ac libidinem.

Dilue sancte puer Iesu pie sanguine celsus

Crimina que carnis spurca libido tulit

**C**Aduersus gulę ebrietatisq; sordes.

Qui tibi passuro fluxit de corpore sudor

Sanguineus. purget sordida vota gulę

**C**Aduersus odij inuidięq; venena

At cruor expressus sancto de corpore flagris

Inuidię pestes. atq; venena lauet

**C**Aduersus superbię tumorem

Consertum spinis quod te diadema coronat

Rex pie confringat corda superba deus.

**C**Aduersus auaritię rapacitatem

Quemq; manus ligno tense sudere tenacis

Laxet auaritię turpia vincula cruor

**C**Aduersus acydię tristitiam

Que pedibus currens fluxit sacri vnda cruoris

Acydię morbos tristis et ipsa lauet

**C**Aduersus iracundię furorem

Qui latere effluxit sanguis simul vnda salutis

Sopiat ardorem quem parit ita furens.

τελος

